



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

Caput V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

C A P U T V.

§. 1. **A** pud pios maximè censetur indeco-
rum, ante Missæ sacrificium à sacer-
dote Tabacum sumere, tum ob periculum il-
luð in stomachum traiiciendi, tum ad pravam
hac in re quorundam Ecclesiæ ministrorum
consuetudinem, quæ etiam plebeis offendicu-
lo solet esse eliminandam.

Damnatur
Tabacius
ante sacrificium.

§ 2. Idcirkò sub pœna gravissima arbitrio
Nostro imponenda prohibemus, ne ullus Sa-
cerdos, sive Secularis, sive cujuscunque Ordini-
nis & instituti Regularis qualiscunque sacro-
sanctum Missæ officium celebraturus, Taba-
cum sive solidum sive concisum, aut in pulve-
rem redactum, ore, seu naribus vel fumo per
tubulos, seu qualicunque alio modo, etiam
specie medicinæ ante Missæ sacrificium, nec
quævis alià persona ante sacram Communio-
nem hauriat vel percipiat; nam ut ait S. Augu-
stinus placuit spiritui sancto, ut in honorem tan-
ti Sacramenti, priùs in os Christiani Corpus Do-
minicum intraret, quam ceteri cibi. Idem de
usu Tabaci, si eum invalescere vidisset, dixisset,
eoque magis, quo teter odor, quem eo uten-
tes afflare in concursu hominum vicinis solent
præ cibis alijs vehementius offendit alios.

sub gravissima pœna,
ne quis in Ecclesiis,
earumque atris & am-
bitu Tabaci-
cum quovis modo sissem.

Vide Urbani Papæ 8. constit. 49. alias 50. in appendice
Bullariorum tom. 4. qua sub pœna excommunicationis lat-
sententiæ è ipso absque declaratione, incurrienda prohi-
betur. S. Augustini libro responsorum ad Iannuarium Epis-
tola 118. cap. 6. ante medium tom. 2.

C A P U T VI.

§. 1. **C**Vm manifesti Clericorum percusso-
res etiam non denunciati, vel ob
quam